

Heinrich Rudolph Redecker

**Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rudolphus Redeker D. & P.P. Ad
Cohonestandas Exequias Quas Viro ... Dn. Wolfhardo Stindten/ Consuli Reipl.
Rostochiensis meritissimo Vidua & Liberi eius maestissimi Hodie ... paratas
cupiunt. Omnes Literatos Literarumq[ue] Fautores ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1661

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774669608>


Druck Freier  Zugang




Redecker, H. R.

in W. Stindt.

Rostock, 1661.





RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
HEINRICUS RUDOLPHUS

Redefer D. & P. P.

AD COHONESTANDAS EXEQUIAS

Quas

*VIRO Nobilissimo Amplissimo ac Pruden-
tissimo*

DN. WOLHARDO
Stindren/

Consuli Reipl. Rostochiensis me-
ritissimo

Vidua & Liberi ejus mæstissimi


*Hodiè hora I. in æde Marianâ decenti ritu
paratas capiunt.*

Omnes Literatos Literarumq;

Fautores, & præcipue Cives Academi-

cos, sedulo hortatur & amice

invitat.



ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. Anno 1661.



RECTOR UNIVERSITATIS ROSTOCH.
HEINRICUS RUDOLPHUS *Redafer!*
Civibus Academicis

Salutem!

Quoties Urbem hanc, quã, cum inclytã hac nostrã Aca-
demiã, Principatus Vetusæ Gentis Henetæ nihil habet
illustrius, intuemur, magno certè dolore ob collapsam
antiquã florẽ contristamur, & consternato pectore majores rui-
nas indies experimur & quarimur. Quando inter alia incom-
moda quæ florentissimã olim civitatem hodiè premunt, ex medi-
is consiliis eripitur. Reipublicæ clavum quondam gloriose tenens
Amplissimus & Prudentissimus DN: Consul WOLHAR-
DUS Etindt / Vir ob virtutes, quas intemeratè semper co-
luit, prudentiam quam in rebus agendis providè sectatus est, &
propter egregia in Rempublicam urbicam merita longiore vitã
dignissimus. Notum est ex omnium Politicorum testimonio
quotiescunq; in perturbatione Rerumpublicarum tolluntur ho-
mines illustres, pietate ac virtute præstantes, sequi paulò post
insignes rerum conversiones: Documenta luculenta nobis ex-
hibet ipsa S. scriptura, per Prophetam Esaiam, Populum Dei
ob promeritas penas ita increpantem: Dominus auferet bel-
latorem, judicem & prophetam; & Salomon inquit:
Propter delicta terræ cito alii post alios fiunt Principes
populi. Vadunt enim prohi ad pacẽ in cubiculum, obdormiunt
pii ne sint spectatores calamitatum. Exemplis tum ex sacris lite-
ris, tum ex clarissimis omnium historiarum monumentis de-
promptis, hoc illustrare, non est instituti nostri, neq; etiam ne-
cesse

cesse ne clarissimo soli lucem accendere videamur. Hac &
similia respicientes, nullo modo fieri potest, quin ingentibus do-
loris anxietatibus afflictemur atq; discruciemur: Interea ad
clementissimum Numen confugientes, suprema Providentia
Urbem hanc devotissime commendamus, ut eandem sibi cura
& cordi esse velit, huiusq; Viri obitum hoc calamitoso rerum
statu, digno successore compensare & titubantia fulcra firmare,
ne ab antiquo nitore celeberrimū hoc emporium in totū deficiat.
Ceterū uti decet & par est, praefuncti DN. Consulis ornatissi-
mā vitā ab incunabilis usq; ad mortē laudatā, debito honore pro-
sequimur, quando ejus exanimato corpori, quod hodie terra de-
mandandum est, ultimum honorem praestamus, & virtutes
ejus & vitæ curriculum honorifica recordatione in animū revoca-
mo. Pie defuncto Dominus Consul autē praclaris Majoribus or-
tus, editus est in hanc lucē Lubeca An. 1600. d. 18. Maij, tempore
nocturno hora 1. Pater ejus fuit Reverendus & Clarissimus Vir
DN. M. NICOLAUS Etinde Crempensis Holsatus, Ar-
chidiaconus Templi D. Jacobi quod Lubeca est, olim meritissimq;
Mater fuit ornatissima virtutibus Matrona Agnes Köll-
chen. Avus Paterni generis fuit Vir Spectatissimus DN. WOL-
HARD Etinde / Civis & Negotiator Crempae primarius;
Avia Paterna fuit honestissima Matrona CATHARINA
Heners. Avus Materni Generis fuit Vir Reverendus Domi-
nus HENRICUS Köllche / Lubeca quondam ad Templum
D. Mariae Religioni Pontificiorum addictus Sacerdos,
qui repurgata Religione per B Lutherum semper cum reverentia
nominandum, verbo Dei illuminatus, & agnita veritate, ad
fidem

fidem Evangelicam conversus, matrimonii sacramentum, & genuit prædictam nostri Macaritis matrem, binasq; insuper sorores; Avia Materna fuit Agnes Winkelmanns / progenita à Viro Spectatissimo DN. HENRICO Winkelmann Cive & Negotiatore quondam Lubecensi primario. Postquam ex hac prosapia esset natus: Parentes ejus DN. Consulem citissimè per S. Baptismatis lavacrum regenerandum curarunt, nihilq; prius habuere, quàm annis crescentem, fidelibus domi Præceptoribus erudiendum tradere. Parente ejus dilectissimo, cum jam, in primo annorum cursu esset, è vivis sublato. Anno 1609. d. 16. Martii (nā Mater mortē Patris 5. annis antecesserat) assumpsit illum in domesticam curam & sollicitudinem ex singulari affectu DN. Affinis Vir Plurimum Reverendus & Clarissimus DN. M. PETRUS DREJERUS, Archidiaconus Lubecensis Templi Jacobæi, totiusq; Synedrū Ecclesiastici Senior, qui per decennium illum Scholæ Lubecensi commisit, usq; dum optimis literis & scientiis instructus Anno 1619. circa festum Paschæ tos Wittenbergam tanquam ad altiora Musarum palladia esset ablegandus: ubi studiū Juris feliciter incepit & postea Academias vicinas & Juris studio celebres scl. Lipsiensem & Jenensem visitavit. Anno 1622. appulit in Academiam Francofortanam quæ ad Oderam est, ibiq; studio suo juris strenuè tam publico quam privato disputationum exercitio continuato, Anno 1623. d. 27. Martii disputationem bene & affabre de Contractuum innominatorum & quasi contractuum difficili & subtili materia, elaboratam, munere Respondentis publicè sub præsidio Amplissimi & Consultissimi Viri DN. D. JOHAN-

JOHANNIS MEIDLINGERI, in Collegio suo Contractuum publico summo applausu fungens, habuit. Relicta hac Anno 1625. Lubecam profectus est, ubi cum ad tempus inter cognatos substitisset: Inde ad Urbem Chilonensem a Generoso & maxime Strenuo Viro DN. SIEGFRIDO Pogwisch Regie Majestatis Daniae & Norwegiae Consiliario, Generali Commissario & Praeposito Canobii Biersen vocatus & constitutus est Vitricorum Nobilissimorum scilicet Juvenum HENNINGI & WOLFFGANGI ad Alefeldt Hereditariorum in Haseloro & Raden / ephorus. Quos cum domi per aliquot annos optimis artibus & scientiis instruxisset, ita ut majoribus ausibus digni viderentur, cum illis Anno 1627. d. 4. Aug. itineri se accinxit, & praecipuas universae Belgiae Civitates in maximum suorum studiorum emolumentum perlustrans, per anni spatium in Academia Lugdunensi substitit, neq; animum duntaxat excellenti doctrina, sed & corpus equestribus exercitiis cum illis qui fidei suae commendati erant, excoluit. Cum autem in procinctu esset peregrinandi in Angliam & Galliam, tristis nuncius de obitu proximorum suorum Nobilium Cognatorum, domum eum iterum revocavit, ubi paene duobus annis permanserunt: Interea cum pars Nobilissimorum Fratrum ab Alefeldt Argentoratum proficisceretur & in Galliam iter meditaretur; Alter WOLFFGANGUS in via morbo variolorum oppressus 5. Aprilis Anno 1629. Bonnae debitum naturae exsolvit: Alter autem DN. HENNINGUS, cujus absentis negotia judicialia & extrajudicialia pie defunctus sedulo in Holsatia procuravit & administravit, reversus ex itinere Dresden-

Dresdensi eodem morbo, quo Frater Bonna, ille Hamburgi
Anno 1630. 5. Aprilis extinctus est. Quamvis autem propter
obitum Nobilissimorum istorum Virorum Juvenum, se confe-
ssim Lubecam ad Amicos conferre voluerit; attamen multis
Cognatorum prædefunctorum Nobilium precibus, commotus,
tum propter solennia funebria, tum propter forensia negotia qua-
ventilanda restabant, in dicta statione ad biennium usq; inte-
grum commoratus est, donec Anno 1632. summa cum gratia
& digno laborum redhōstimento honestissimè tandem dimitte-
retur. Eo ipso anno 7. die Martii Rostochium venit: Vbi
singulari DEI providentia cum virgine Ornatissima &
Virtute Spectatissima MARGARETHA Eggers/ Spe-
ctatissimi Viri Domini PETRI Eggers/ Civis & Cerevisarii
Rostochiensis filia conjugale fœdus inivit, & jus civium haud
difficiliter impetravit, cui supremas aliquando urbis honores
Numen destinaverat; Neq; illud Matrimonium fecundâ
prole fuit destitutum, siquidem Anno 1633 25. d. Augusti fi-
lius PETRUS exinde natus est, & postea Anno 1635. 6. Octobr.
alter filius NICOLAUS. qui utriq; Anno 1639. contagioso
morbo occubuerunt. Cum Anno 1633. 5 d. Septembr.
Centum Virorum numero. ut publici consilii particeps fieret, ad
scriptus esset. Anno 1635 27 Jan. Provisor adis S. Spiritui sacra
nominatus est. Deinde 24. Febr. An. 1638. in spectabile Ordine
Senatorium communi suffragio cooptatus & ex merito receptus
est. postea 6 Jan. An. 1638. Filius eius WOLHARDUS J. U. Studioso
prestantissimus natus est, cui superstiti benedictione divinâ cū
omni consolatione prosperosq; successus ex animo precamur:
1. Jun.

1. Jun. Anno 1640. filia ejus primogenita MARGARETHA lucem vidit,
qua 18. Martii Anno 1641. subsequenti Epileptico morbo extin-
cta est. 20. Jan. Anno 1642. Pudicissima & optimis Virtutibus clara
filia AGNISA & 17. Nov. Anno 1642. Ornatissima filia ANNA
quibus solamen & benedictionem caelitus vovemus prognatae sunt. Conjux
autem Spavissima MARGARETHA Eggers | absoluto hoc ultimo partu
in febris ardorem incidens, hoc puerperii tempore 22. Nov. hora 9. ve-
spertina, pie & placide obdormivit: Hinc per duos annos Viduus
non potuit prae negotiis publicis rei familiari prospicere, ideo ad secunda
vota conubialia transiit & cum Matrona Virtute & probitate conspicua
CATHARINA Epelers. 3. Dec. Anno 1645. nuptias celebravit Vidua jam
maestissima, cui similiter gratiosam Dei consolationem largissime appreca-
mur. Tandem Inclytus Senatorum Ordo, ob amplissimae pie defuncti in Rem-
publicam merita, honorem honori addere decernens, Consulari digni-
te 31. Jan. Anno 1653. illum exornavit, & in locum Antecessoris DN.
Consulis praedefuncti JOACHIMI KLEINSCHMIDII surrogavit.
Postquam autem hoc tempore finito festo Natalitio, morbus scorbuticus
quo diu erat fatigatus, Macaritem nostrum gravissime insultavit, Medicorum
Excellentissimorum & Experientissimorum DN. D. SIMONIS
PAULI Regia Maj. Dan. Medici aulici felicissimi & DN. D. BACMEI-
STFRI P. P. & Archiatri adhibita quidem fuit industria; attamen
morbi vehementia omne medicamen respuens, ita paulatim vires ejus
attrivit, ut inevitabilem ei attulerit ex hac vita migrandi necessitatem.
Quod praesagiens DN. Consul omnes cogitationes & curas quas haec tenus
Reipublica bono intenderat, in calum per veram penitentiam direxit &
de Christo Redemptore suo loqui maluit quam de mundi quisquiliis: Qua-
propter Virum Plurimum Reverendum & Excellentissimum DN. CASPA-
RUM MAURITIUM, S. S. Theolog. D. P. P. & Superindententem fidelis-
simum, Amicum nostrum honoratissimum, vocari iussit, ex cujus presen-
ti sacro ministerio praevia confessione S. caenam devotissime accepit,
& illo viatico instructus pia & placida morte ex hac vita ad caelestem
patriam 8. Martii hor. I. pomeridiana Anni presentis migravit,
& lau-

Dre
Ann
obitu
stim
Cogn
tum
vent
grun
Et d
retur
sing
Vr
Etat
Rost
diff
Nun
prol
lius
alte
mo
Cer
scri
nor
Sen
est
pra
om


Et laudabili catastrophe vita hujus actum absolvit, Et discedens ex curia hujus civitatis, qua multis curis obnoxia est, in curiam aeterni judicis, qua ab omni avaritia, ambitione, fastu, iniquitate & sordibus (: quibus saepe mundana consilia in transvorsum rapiuntur:) vacua & ineffabili incorruptaq; justitia in aeternum duratura, fulgidissima est migravit. Sic enim discedendo, ex hac aerumnarum valle accessit ad eum qui vita ipsa est & cujus sanguine redemptus, spiritu sanctificatus, ac verbo regeneratus est. Nos itaq; Cives Academici Omnium Ordinum honoratissimi, decet, ut Optimo Viro & de Republica bene merito justa persolvamus. Quare omnes & singulos qui Magistratum Academicum agnoscunt, vel reverenter & comiter observant, vel quibus etiam miseris solamen dicere cordi est, amice invito, & sedulo adhortor, ut frequenti praesentia exequias hodie celebrandas decorare velint. Hoc uti pie defuncto est honori, Vidua & liberis mastissimis solatio & mastis incolis hujus urbis, in cujus gremio vivimus, refocillationi; Ita pietati & officio nostro convenientissimum
Valet.


Dabam sub sigillo Rectoratus, d. 14. Martii.

Conventus erit hora I. in aede
Mariana,




Applaus





1. Jun. Anno 1640. filia ejus primogenita MARGARETA
que 18. Martii Anno 1641. subsequenti Epilepti-
ca est. 20. Jan. Anno 1642. Pudicissima & optimis
filia AGNISA & 17. Nov. Anno 1642. Ornatis-
simis quibus solamen & benedictionem caelitus rogemus pro
autem Spavissima MARGARETHA Eggers / absoluto
in febris ardorem incidens, hoc puerperii tempore 22.
Septima, pie & placide obdormivit: Hinc per du-
non potuit pra negotiis publicis rei familiari prospicere
vota conjugalia transivit & cum Matrona Virtute & p
CATHARINA Epelers. 3. Dec. Anno 1645. nuptias cele-
berrimas, cui similiter gratiosam Dei consolatione
mur. Tandem Inclutus Senatorum Ordo, ob amplissima pi-
publicam merita, honorem honori addere decernens
te 31. Jan. Anno 1653. illum exornavit, & in locu
Consulis praefuncti JOACHIMI KLEINSCHMIDT
Postquam autem hoc tempore finito festo Natalitio, in
quo diu erat fatigatus, Macarite nostrum gravissime in
Excellentissimorum & Experientissimorum DN
PAULI Regia Maj. Dan. Medici aulici felicissimi &
STEFERI P. P. & Archiatri adhibita quidem fuit in
morbi vehementia omne medicamen respuens, ita pa-
attrivit, ut inevitabilem ei attulerit ex hac vita migr-
Quod praesagiens DN. Consul omnes cogitationes &
Reipublica bono intenderat, in calum per veram para-
de Christo Redemptore suo loqui maluit quam de muni-
propter Virum Plurimum Reverendum & Excellentis-
RUM MAURITIUM, S. S. Theolog. D. P. P. & Superi-
simum, Amicum nostrum honoratissimum, vocari jus-
ti sacro ministerio praevia confessione S. cenam accepit
& illoviatico instructus pia & placida morte ex ha-
patriam 8. Martii hor. i. pomeridiana Anni p



idit,
stin-
lara
N A
n ju
artu
p. ve-
iduns
unda
bicua
jam
reca-
Rem-
ligni-
s DN.
avit.
uticus
licorū
DNIS
MEI-
amen
s ejus
atem.
Fenus
exit &
Qua-
ASPA-
fidelif-
rasen-
cepit,
lestem
ravit,
& lau-